



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Trithemij, Spanheimensis, Et Postea Divi Jacobi apud Herbipolim Abbatis, Viri suo aevo doctissimi. Tomus ... Annalivm Hirsavgiensivm

Opus nunquam hactenus editum, & ab Eruditis semper desideratum.
Complectens Historiam Franciae Et Germaniae, Gesta Imperatorum,
Regum ...

Trithemius, Johannes

S. Galli, 1690

Hæc est Tabula Successionis Abbatum Hirsaugiensium per tempus
CCCCXXVII. annorum, sub quibus prima pars operis continetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38550

Monasteria Ordinis Abbatialis Capituli
CXXII.

Summa itaque Monasteriorum Ordinis nostri Provinciae Moguntinae, ac Diocesis Babenbergensis exemptae, quorum Abbates tam de Jure, quam de consuetudine ad Capitulum Generale seu Provinciale, quod de triennio in triennium semel habetur, venire, dum celebratur, tenentur, cessante impedimento legitimo, centum & XXII. Sunt in eadem Provincia Moguntina Ordinis nostri & alia complura Coenobia Monialium; praepositurae quoque Monachorum, & Prioratus, quorum isthic nullam fecimus mentionem, propterea quod Abbatibus suis omnino subijciuntur.

Quae sint Dioceses Provinciae Moguntinae,
quotque Coenobia in qualibet.

Archiepiscopus Moguntinus XII. sub se habet Episcopos, Coenobia XX.
Episcopum Herbipolensem, in cuius Diocesi Monasteria habemus XV.
Episcopum Spirenses, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis IV.
Episcopum Argentinensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis IX.
Episcopum Constantiensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis XXVI.
Episcopum Augustensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis XIV.
Episcopum Eichstattensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis V.
Episcopum Curiensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis IV.
Episcopum Hildensheimensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis IV.
Episcopum Halberstattensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis X.
Episcopum Verdenses, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis II.
Episcopum Padelbornensem, in cuius Diocesi Monasteria sunt Ordinis V.
Episcopum Wormatiensem, in cuius Diocesi nullam habemus Abbatiam.
Porro Episcopus Bambergensis exemptus Monasteria sub se habet IV.

Haec est Tabula Successionis Abbatum Hir-
faugensium per tempus CCCCXXVII. annorum,
sub quibus prima pars operis continetur.

Anno Domini DCCCXXX, Indictione Romanorum octava, sub Imperio Ludovici ejus nominis primi. Et Anno Domini DCCCXXXVIII. consummatur Monasterium Hirfaugense.
Lutbertus Abbas Hirfaugensis I. institutus est Anno Dni DCCCXXXVIII, praefuit annis XVI. demptis mensibus tribus, obiitque Anno Domini DCCCLIII.
Gerungus Abbas S. Aurelij II. ordinatur Anno Domini DCCCLIII. praefuit annis XXXII. moritur anno Domini DCCCLXXXIV.
Regenbodo Abbas S. Aurelij III. fuit electus Anno Domini DCCCLXXXIV. praefuit annis VI. Et resignavit anno Christianorum DCCCXC.
Harderodus Abbas Hirfaugiae IV. praeficitur Anno Domini DCCCXC. praefuit annis XXVII. Et moritur anno DCCCCXVIII.
Rudolphus Abbas Hirfaugiae V. ordinatur Anno Domini DCCCCXVIII. praefuit annis VII. & mortuus est anno Christianorum DCCCCXXVI.
Diethmarus Hirfaugiae Abbas VI. instituitur Anno Domini DCCCCXXVI. praefuit utiliter annis XXVI. Et mortuus est anno DCCCLII.

Nomina
XXV. Ab-
batum
Hirfaug-
ensium
in hoc Vo-
lumine
conten-
turo.

Sigerus

- Sigerus Abbas Hirsaugiae VII. praeficitur anno Christianorum DCCCCLII. praefuit annis XXX. & moritur anno DCCCCLXXXII.
- Lupoldus Abbas Hirsaugiae VIII. fuit institutus Anno Domini DCCCCLXXXII. praefuit annis IV. Et mortuus est anno DCCCCLXXXVI. Indictione XIV.
- Hartfridus Abbas Hirsaugiae IX. ordinatur Anno Domini DCCCCLXXXVI. praefuit annis duntaxat II. & moritur anno DCCCLXXXVIII. Indictione prima.
- Conradus Abbas Hirsaugiae X. instituitur Anno Domini DCCCCLXXXVIII. praefuit annis XII. & moritur anno MI. Indictione XIV.
- Vacavit Abbatia Monasterij S. Aurelij Hirsaugiensis post mortem Conradi Abbatis ab Anno Domini millesimo primo usque ad millesimum sextum per annos sexaginta quinque.
- Fridericus Abbas Hirsaugiae XI. instituitur Anno Domini MLXVI. praefuit annis II. & deponitur ab Officio cum injuria anno MLXIX.
- Sanctus Wilhelmus Abbas Hirsaugiae XII. instituitur Anno Domini MLXIX. praefuit annis XXII. novum Monasterium Hirsaugiae construxit, ordinem reformavit. Obijt anno MXCI.
- Gebhardus Abbas Hirsaugiae XIII. praeficitur anno MXCI. praefuit annis XIV. Et fit Episcopus Spirensis anno Domini MCV.
- Bruno Abbas Hirsaugiae XIV. ordinatus fuit Anno Domini MCV. praefuit annis XIV. & moritur anno MCXX.
- Volmarus Abbas Hirsaugiensis Monasterij XV. instituitur Anno Domini MCXX. praefuit annis XXXVII. Et moritur anno MCLVII.
- Hartwigus Abbas Hirsaugiae XVI. ordinatur Anno Domini MCLVII. praefuit mensibus duntaxat duobus, & moritur eodem anno.
- Manegoldus Abbas Hirsaugiae XVII. instituitur Anno Domini MCLVII. praefuit annis VII. Et moritur anno MCLXV.
- Rupertus Abbas Hirsaugiae XVIII. electus est Anno Domini MCLXV. praefuit annis XI. Et resignavit Abbatiam anno MCLXXVI.
- Conradus ejus nominis secundus fit Abbas Hirsaugiensis XIX. Anno Domini MCLXXVI. praefuit annis XII. & obijt anno MCLXXXVIII.
- Henricus Abbas Hirsaugiae XX. ordinatur anno Domini MCLXXXVIII. praefuit annis VIII. & resignavit Abbatiam anno MCXCVI.
- Marcquardus Abbas Hirsaugiae XXI. instituitur Anno Domini MCXCVI. praefuit annis VIII. & obijt anno MCCV. Indictione VIII.
- Lutfridus Abbas Hirsaugiae XXII. ordinatur anno Domini MCCV. praefuit annis XI. Et moritur anno MCCXVI.
- Eberhardus Abbas Hirsaugiae XXIII. instituitur anno Domini MCCXVI. praefuit annis XV. Et moritur anno MCCXXXI.
- Ernestus Abbas XXIV. ordinatur ad Hirsaugiam Princeps Anno Domini MCCXXXI. praefuit annis XIII. Et moritur anno MCCXLV.
- Volpoldus Abbas Hirsaugiae XX. instituitur Anno Domini MCCXLV. praefuit annis XX. Et obijt anno MCCLXV.

Es cum hoc Abbate insignis Monasterij Hirsaugiensis primam operis nostri Historici partem concludimus, temporum ordinem & seriem a principio institutionis Monachorum apud S. Aurelium per annos quadringentos, cum septem atque viginti, qua potuimus, & licuit, narratione digerentes. Quae autem supersunt Hirsaugiensium successiones Abbatum usque ad eum, qui hodie principatur. Joannem de Calba, in secundo volumine hujus operis Domino largiente continuabimus.

Laus DEO Redemptori nostro.



EPISTO-